Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Hic incipit prologus Rabani Mauri in expositionem libri Regum.

Domino reverentissimo ac in membris Christi plurimum venerando atque colendo patri Hildowino abbati. ac sacri palatii archi capellano. Rabanus exiguus seruorum dei seruus. in domino eterno perpetuam optat salutem. Dum uenerationem tuam sancte pater ubique excellentem sentiamus. ac pluribus profectuosam esse compertum habeamus. idipsum ut diuina clementia diutius fieri permittat ac nouissime eterna mercede remuneret assiduis precibus instanter deposcimus. De cetero quaqua uia sentias perquendam fratrem nostrum quem ad palatium preterito anno direximus nostre paruitatis suggerere dignata es. quatenus aliquod uobis uolumen utile mitteremus. nos hec suggestio non parum sollicitos reddidit. quod uobis qui diuites estis in omni scientia. ac omni doctrina. ac apud quem librorum maxima copia est. placitum ac condignum accomodare possemus. Et quia uos aliquem librum quem uobis mittere nominatim non expressistis. cognitum mecum ure carnatum opusculum quodam quod nuper confecerat rogatu fratrum nostrorum. quia apud nos diuinos libros legunt in expositione librorum regum humiliter dirigere. quod deprecor eo animo suscipiatis. quo uobis illud transmisi. non enim arbitror illud uobis esse condignum. si; ex deuoto corde qualecumque fuerit tamen platum. Iustum enim si illud relegere uoluerimus pomia uobis non displicere. cum cognouerimus me ad hoc laborare uelle. ut sanctorum patrum dicta quae de predicto libro exposita in pluribus exemplaribus dispersa sunt in unum obcomodiuatim legentes colligere. quatenus quod quisque eorum in sententiis diuersis historie regum per singula loca senserat pariter ac sedem ordinem a nobis dispositum reperiret. Ibi enim inueniet. ac quod pater Augustinus quod uel insignis interpres diuinorum librorum Hieronimus senserint. quid papa beatus ac suauissimus doctor Gregorius. quid uel Ysidorus hispaniensis episcopus. ac quid Beda magister nobilis. ac ceteri patres quorum longum est nomina recenseri rite intellexerint. Quorum omnium sententias aut sicuti ab ipsis conscripte sunt posui. aut sensum eorum.